



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Quæstio secunda. Vtrum quilibet sacerdos possit vti clave in quemlibet.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

Magistri Durandi de

consecratione, sed si acquireretur propter meritum vita
deperderetur propter demeritum, ergo frequenter unus &
idem quandoq; haberet claves, & quandoq; non haberet
& incertum esset de quoq; an haberet claves: cum nul-
li posit constare de merito alterius, nec alicui de proprio
merito. Hac autem sunt inconvenientia.

7 Sed contra hoc instant quidam dicentes, quod ita pa-
rum est aliquis certus a sacerdotio, sicut de merito. Quia
non constat an ordinis fuerit episcopus, & virum habue-
rit intentionem ordinandi, & iste recipiendi, & sic incer-
tum est sacerdotium, sicut meritum. Hac autem instantia
fruola est, quia similis certitudo non est omnibus expe-
tenda (pura in mathematicis & rhetorics) fatuum enim
est recipere mathematicum persuadente & expetere re-
thoricum demonstrantem. Sed circa vnamquamq; mate-
riam debet sufficere certitudo illi materiae conuenientia:
conuenientia autem certitudo secundum ordinatio[n]em Chri-
sti & ecclesie, quod aliquis sit sacerdos est quod sit secun-
dum ritum ecclesie ordinatus ab illo qui habetur ab om-
nibus suis diocesis pro episcopo, nec alia certitudo que-
renda inter fideles. De merito etiam potest quandoq;
haberi certitudo per facta exteriora, cum aliquis facit ea
que bono animo fieri non posunt, sed de merito non pos-
set haberi aliqua certitudo per quae cuncta facta exteriora:
sed est sola presumptio vel conjectura fallibilis. Item con-
stat quod homo variatur de merito in demerito & ec-
cero. De sacerdotio autem non est sic: ex quo enim aliquis
est sacerdos semel, semper manet sacerdos, & ideo maior
est certitudo recurrendi ad sacerdotium pro absolutione
ratione sacerdotiorum, quā ratione meriti. Item aliud est quo
aliquis potest & quo bene potest. Et secundum supponit
primum, licet non econuerso, sicut bene posse supponit
posse. Sed potestas clavium est ad posse absoluere in foro
penitentiae, gratia vero non requiritur ad aliquem actum
huius propter bene, ergo potestas clavium non supponit gra-
tiam, nec ad acquisitionem, nec ad violum, licet requirat quo
ad viuum debitum ex parte ventis.

8 AD argu. in oppositum. Ad primum dicendum quod
traditio clavium qui sit in ordinatione ostiarii non signat
traditionem spiritualium clavium de quibus nunc loqui
incur, sed significat traditionē potestatis ad executionē
officii ad quod ordinatur, quod est custodia eorum qua
sub clavis ecclesie materialibus referuntur, vt patet ex
verbis episcopi in traditione sibi dictis: officium etiam eius
non est claudere regnum celorum vel aperire, sed mate-
riale templum, & exclaudere ab ecclesia inmundos, & reci-
pere mundos, non quidem iudicando de eis, sed sequendo
iudicium sacerdotis.

9 Ad secundum dicendum quod ligare vel absoluere
a sententia excommunicationis non est per se & directe
actus clavium: sed solum ligare & solvere in foro peni-
tentiae, antecedit tamē disponit ad vium clavium. Cu-
ius ratio est, quia mediante ecclesia militante intratur in
ecclesiam triumphantem. Et ideo actus quo aliquis exclu-
ditur per sententiam excommunicationis ab ecclesia mi-
litante, vel ad eam recipitur per absolutionem ab excom-
municatione praeiustus est & disponit ad actum clavium:
quo aliquis absolvitur a culpa, & sive aperitur regnum
celorum propter quod excommunicare & absoluere po-
test competere aliis, quia sacerdotibus, cum non sit directe
actus clavis sacerdotialis: quia tamen ad eam preparari &
disponit non decet quod alii ea vrantur quam illi qui pos-
sunt ad sacerdotium promoueri, & quia nulla mulier po-
test sacramentum sacerdotii recipere, ideo consulte prout
sum est quod nulla mulier possit excommunicare, nec ab
excommunicatione absoluere: propter quod Abbatissae non
habent potestatem super moniales suas excommunicandi
eas, extra de maij, & obed. cap. Dilecta. Et de pen. & re-
mis. cap. Nona, licet habeant autoritatem corrugandi eas
secundum disciplinam monasterii & religionis propter
periculum cohabitationis virorum inter eas.

QVÆSTIO SECUNDA.

Vrum quilibet sacerdos possit vti clave
in quilibet.

Armachelis lib. II. questionum arme. cap. I.

Sancto Porciano

A D secundum sic proceditur, & arguitur quod quili-
bet sacerdos possit vti clave in quemlibet, hoc est q
quilibet sacerdos possit absoluere quemlibet peccatorem
de quilibet peccato: quia potentior est virtus spiritualis
quam corporalis, sed virtus materialis quae potest in una
matieriam potest in omnem sibi similem: sicut ignis qui
potest combure aliquod lignum aridum potest similiter
combure quodcumq; aliud similiter dispositum, ergo pot-
est spiritualis per quam sacerdos potest absoluere aliquem
peccatorem se extendit ad absoluendum quilibet alium.

2 Item potestas clavium dependeret ab illo verbo quod
dixit Christus discipulis suis Ioan. 20. Quorum remittere
est peccata, &c. Sed in illis verbis non sit limitatio de per-
sonis, nec de culpis, ergo videtur quod quilibet sacerdos
possit quemlibet peccatorem absoluere & de quilibet pe-
ccato.

3 IN contrarium arguitur sic: quia iudicium ecclesie
in foro penitentiae, non debet esse minus ordinatum quam
iudicium secularium, sed in iudicio secularium non quilibet iu-
dex potest iudicare quemlibet hominem; sed solum sibi
subditum, ergo similiter in iudicio penitentiae non quilibet
sacerdos potest iudicare quemlibet peccatorem, sed
solum illum qui est sibi subditus.

4 Ad idem est quod dicit canon. is. q. i. quod nulli sa-
cerdoti, licet parochianū alterius absoluere, aurigare.

5 R E S P O N S I O. Duplex est potestas clavium, sicut
tautum est in praec. quest. vna ei clavium ordinis qui lo-
cum respicit forum conscientiae vel penitentiae: alia est po-
testas iurisdictionis quae respicit forum contentiosum in
ligando per excommunicationem, vel absolucionem ab ea.
Prima potestas clavium quae respicit absolucionem ab pecca-
tis promissa fuit Petro & apostolis Mat. 16, vbi dicit Christus
Iustus Petrus: tibi dabo claves regni celorum. Et quodcumq;
ligaueris super terram erit ligatum & in celis, &c. quādū
enim hoc dictum fuerit soli Petro, non est tamen sibi di-
ctum pro ipso solo, sed pro omnibus apostolis: sicut enim
dicit beatus Ambro. expōns illum passum, licet ceteri
Apostoli filuerint, tamen Petrus respondit pro se & ceteris.
Tu es Christus: & sicut respondebat pro se & ceteris ita
prædictum verbum est pro se & ceteris, quod etiam appa-
ret per illud quod dixit Dominus omnibus Apostolis in-
differentem Ioan. 20. Quorum remittere peccata remittuntur
eis, & quorum retinueritis retentur sunt. Potesta-
tem etiam clavis iurisdictionis videtur dedisse omnibus
Apostolis: nam sicut legitur Mat. 18. Postquam dixerat si
ecclesiam non audiret fit tibi, sicut Erthicus & Publicanus,
(ex quo verbo ortum habet sententia excommunicationis)
subiunxit dicens. Quæcumq; ligaueris super
terram, erunt ligata & in celis, &c. Veruntamen quādū
ad vitramque potestatem Dominus videtur dedisse Petro
quādū prærogatiū, quia sibi soli committit regimen
vniuersitatis ecclesie quando dixit ei, vt legitur Ioan. vlt.
pascō oves meas, & pascō agnos meos, ad perfectam enī
curam, & ad perfectum regnum ecclesie vitraque potestas
est necessaria. Et ideo sicut in regimine ecclesie Petrus
prælatus est ceteris, sic prærogatiū habuit in viu viris
usque potestatis.

6 His suppositis sciendum est quod circa questionem
istam sunt duo modi dicendi, quorum primus contine-
tis articulos. Primus est quod loquendo absoluere de fa-
cramento penitentiae circumscribendo omnem ordina-
tionem ecclesie quilibet sacerdos potest quemlibet pecca-
torem de quilibet peccato absoluere. Secundus est quod
per ordinationem ecclesie factum est quod non quilibet
possit quemlibet absoluere, nec de quilibet peccato. Ter-
tius est quod ecclesia hoc faciendo nihil mutat eorum quae
sunt effectu sacramento.

7 Ratio primi est quia concurrentibus ad sacramen-
tum his quae sunt de necessitate sacramenti & debita dispo-
sitione suscipiens verum est sacramentum, & suscipiens re-
cipit omnem effectum sacramenti: sed circumscribendo a fa-
cramento penitentiae ordinationem ecclesie quilibet sacer-
dos est debitus minister, & cōfessio omnium peccatorum
est debita materia, forma autē debita est, absoluere, &c.
confitens autem si sit penitens est sufficiens depositus
ad suscipiendum tam sacramentum quam rem sacramenti,
ergo eis concurrentibus non solum est verū sacramentum, sed

Lib. IIII. Distinctio. XIX.

sed etiam suscipiens verē recipit omnem effectum sacramenti. Maior de se pater. Minor etiam clara est quantum ad materiam & formam pénitentia, sed dubia est quantum ad ministrū & dispositionem recipientis. Et quārum ad hoc probatur sic: quia p̄ non quilibet sacerdos sit debitus minister, nec quilibet peccator pénitēs sit sufficienter dispositus ad recipiendū verē sacramentū pénitentia & eius effectū à quilibet sacerdote non potest dici nisi, quia pénitentia est sacramentum iudiciale, & ideo requirit p̄ minister eius sit sacerdos iurisdictionem habens, & quod iudicandus sit ei subditus, quod non inuenitur in qualibet sacerdote respectu cuiuslibet peccatoris. Sed istud nō cogit, quia & si pénitentia sit sacramentum iudiciale, tamen est voluntaria; vnde sacerdos qui est iudex in sacramento pénitentia magis est iudex arbitrius de voluntate partium assumptus, quā habens de iurisdictione super partes eis inuitis, vel altera earū inuita: cū enim iudicium pénitentia agatur in Deum & hominem, constat quod sacerdos ex parte Dei est iudex voluntarii assumptus qui fecit sacerdotes mediatores & arbitros inter se & homines. Idem est ex parte hominis, quia quantumcum sc̄i re sacerdos peccatum pénitentis nisi ipse ne pénitentis voluntarii ipsum exprimeret, & exponeret se iudicio sacerdotis, non posset sacerdos judicialiter agere cū eo quod ad forum pénitentia. Ergo vbi peccator se voluntarii iurisdictioni sacerdotis subicit, assūtum est quasi arbitrium quem Deus prius ad hoc assūp̄t. Igitur videtur quod ille sit verus iudex, & iste verus subditus quantum pertinet ad tale iudicium. Sed hoc potest facere quilibet peccator confitens & verē pénitentis respectu cuiuslibet factis circumscripta ordinatione ecclesie, ergo tunc quilibet sacerdos est verus iudex, & quilibet peccator confitens & verē pénitentis est ei verē subditus.

8. Et confirmatur, quia Papa nulli potest esse subditus nisi quatenus voluntarii ei se subiciunt; ex iure enim diuino nulli subicitur sed omnibus praefit, ex iure humano etiā nulli potest subic̄ti, quia canonum statuta Papam nō obligant, sicut nec leges imperatorem, ergo cū subiciat se alteri in foro pénitentia, neccesse est quod sufficiat subiectus sit ex mera voluntate.

9. Quod etiam pater ex alio, quia Papa non potest se subic̄ti iurisdictioni alterius quo ad forum contentio- sum, vnde non potest committere aliqui quod excommunicare eum nisi sententia eius paruerit: quia talis iurisdictione Involuntaria est quo ad subditum, & ex alterius voluntate dependet, & similiter esset in iurisdictione fori pénitentia nisi esset merē voluntarium.

10. Item si ex ordinatione diuina minister sacramenti est sacerdos habens iurisdictionem in casu extremæ necessitatis, nō posse quilibet sacerdos absoluere quemlibet peccatorum, quia nulla necessitas mutat ministrum à deo institutum; vnde sicut in extrema necessitate nullus potest sacramentaliter absoluī nisi à sacerdote, eo quod sacerdos est minister institutus sacramenti pénitentia, sic nullus potest absoluī nisi à sacerdote habere iurisdictionem, si talis iurisdictione requirereter ad ministrum ex institutione Christi, tenet autem ecclesia quod in casu necessitatis quilibet sacerdos potest quemlibet peccatorum absoluere de quilibet peccato, nec ecclesia forte posset ordinare contrarium, quare &c. Item dato quod minister sacramenti pénitentia sit sacerdos habens iurisdictionem, idem sequitur, quae constituta dat iurisdictionem, sed si tunc fuerit confutatio quod quilibet absoluere quemlibet, quilibet ideo, &c. Sic ergo quilibet sacerdos poterat absoluere quemlibet ei volentem confiteri: sicut olim iudicces chartularii omni homini se subiuncti ius dare poterant & non ali. Et sic probatum est primum.

11. Quantum ad secundum probatur quod per ecclesiam fieri potuit & factū est rationabiliter et quod nō quilibet potest absoluī à quilibet, sed à determinato ministro, & si absoluatur tenetur iterum confiteri & absoluī à ministro de quo ecclesia ordinavit: quia nullus potest absoluī ab uno peccato mortali dum actualiter committit aliud sed peccator subiicit se pro absolutione aliqui sacerdoti scienter, contra ordinationem ecclesie actualiter peccat peccato inobedientia, ergo nō potest absoluī ab aliis peccatis. Maior patet ex precedentibus. Minor declaratur,

Quæstio II.

350
quia ecclesia potest rationabiliter præcipere quod nō quilibet suscipiat quodlibet sacramentum à quilibet ministro, sed à determinato, vt patet de sacramento ordinis: quia non est licitum quemlibet ordinari à quilibet episcopo, & similiter est de sacramento pénitentia rationabiliter institutum quod nō quilibet absoluatur à quilibet, quia non quilibet sacerdos sufficit ad consilendum in roto anime, & vt amoneatur intentiu delinquendi, quod præberetur si quilibet pro voluntate posset in quilibet loco à quilibet sacerdote absoluī tolleretur enim ex hoc multum de erubescencia quam debet habere peccator, & multum de cautela quam potest adhibere curatus circa subditum in variis casibus.

12. Sed contra hoc posset obiici: quia si aliquis simplex & ignorans submittat se alciū ministro qui secundū ordinationem ecclesie non debet eum absoluere, talis non videtur peccare mortaliter, quia nihil facit in contemptu ecclesie. Si rigitur peccatum inobedienti impedire submittens se tali ministro sit verē absoluī, videtur quod iste simplex & ignorans non committens nouum peccatum per aliquam inobedientiam verē sit absoluī. Et secundū ad hoc quod talis est absoluī, & tamē tenetur alteri confiteri quando innotescit ei quod primus nō debuit eum absoluere quia sicut dicitur etiā prius, ecclesia potest præcipere ne quis ab aliquo recipiat sacramentum, propter quod si ab aliquo recipiat ex propria voluntate non est absoluī præcepto ecclesie, si tamen illud sacramentum sit iterabile: quia si non esset iterabile natura sacramenti euacuaret vim præcepti in tali casu, nec propter hoc potest dici quod ecclesia præcipiat bis confiteri de eodem peccato, quia non præcipit confiteri nisi iemel, & de terminato ministro, à quo præcepto nullus absoluatur, per hoc quod alii confiterunt voluntarie. Et sic patet secundū, videlicet quod per ecclesiam fieri potuit & factū est quod non quilibet potest absoluī à quilibet, sed à determinato ministro. Et si ab alio absoluatur (vt in casu statim dicto) tenetur iterum confiteri.

13. Tertium patet, scilicet quod ecclesia hoc faciens non mutat aliquid quod sit essentiale huic sacramenti: quia prohibere ne quilibet recipiat sacramentum à quilibet ministro non est mutare aliquid quod sit essentiale sacramentum, sed ecclesia in statuto prædicto nihil plus facit nisi prohibere ne quilibet accedit ad quemlibet sacerdos tem pro absolutione, ergo non mutat aliquid quod sit essentiale sacramentum, nec materiam nec formam, nec ministrum. Et quia his concurrentibus est verum sacramentum, *Vide infra* d. 21. q. 4.
patet quod talis confessio est verum sacramentum, sicut baptisma vel ordo sacerdotum receptus contra inhibitionem ecclesie est verum sacramentum, cuius signi est: quia si sacerdos reuelaret ea quae audiuit in tali confessione puniretur, non solum ut reuelator secreti, sed vt reuelator confessio nis, hoc tamen intereat inter baptismum & ordinem cum recipiuntur contra inhibitionem ecclesie & sacramentum pénitentia, quia illa nō sunt iteranda quācum peccet mortaliter recipi, si fit adulterio, quia peccatum recipientis non impedit totalem effectum baptismi & ordinis sicut totalem effectum absolutionis qui est foli remissio peccati, propter quod iterari debet. Et hæc bene stant simil quod aliquis recipiat sacramentum & non rem sacramenti propter inobedientem suam, sicut enim res sacramenti habetur quandoq; sine sacramento actu suscep̄to, sic ex tanta verum sacramentum potest actu recipi, sine re sacramenti. Hic est primum modus satis probabilis, ad cuius rationes difficile est responderi, vt milii quandoq; visum fuit. Secundus modus est quod non quilibet potest absoluī à quilibet nō solum propter ordinationem ecclesie, sed propter ordinationem Christi, & hic modus pro nō appareat inihi verior: quia Christus solo Petro tanquam pastori comisit curam & regimē totius sui gregis: vt habetur Ioannis ultim⁹. Sed potestas clauium ordinis in ligando & absoluendo in foro pénitentia, & potestas iurisdictionis in ligando vel absoluendo in foro cōtentioso est in ecclesia solum propter curā & regimen ouium Christi, id est omnium Christianorum, ergo ad solum Petru pertinet & ad solum successorem Petri pertinet iure suo sibi à Christo collato

D 2. 4. 71
Magistri Durandi de
collaro vni vtrag; clave in quemlibet Christianum, & nul-
li alii nisi ex commisione Petri, vel successoris eius, vel
ex dissimulatione vnius quem scit, nec reprobat.

14 AD primum arg alterius opinionis dicendum est
quod forus penitentia voluntarius est non solus ex parte
sacerdotis quem Deus voluntariè fecit ministrum suum,
sed etiam ex parte confitentis qui voluntariè dicit peccatum
suum: sed non est voluntarius quātum ad hoc quod
quilibet posuit pro libito eligere sibi sacerdotem qui ab-
soluat eum: quia nullus potest eū absoluere nisi cui com-
missum est à vicario Christi mediati vel immediate, dire-
cte vel indirecte.

15 Ad secundum dicendum quod aliud est de Papa & de
ceteris Christianis, quia claves ordinis quātum est de se
extendunt se ad absolutionem ab omni peccato respectu
cuiuslibet personæ, vt patet ex verbis dictis omnibus
Apostolis: quorum remiseritis, &c. in quibus nulla sit ex-
ceptio de personis vel peccatis: tota autem restrictio est
ex speciali commissione facta Petruim regimine viuente
suis ecclesiæ, illa autem commissio fuit de omnibus aliis
a Petro, videlicet de omnibus commissis curæ & regimi-
ni Petri & non de Petro, & ideo extendet se ad oues Pe-
tri, id est, ad omnes Christianos, praterquam ad Petrum
& ad successorem eius. Et ideo Papa successor Petri non
subiaceat illi restrictioni quoniam posuit absolvi quolibet ha-
bente clavem ordinis prout eligere voluerit.

16 Ad tertium est dicendum quod non est simile de cla-
vibus ordinis & de clavibus iurisdictionis: quia effectus
clavium iurisdictionis transit in initium, effectus autem
clavium ordinis non transit nisi in voluntarium. Papa au-
tem non habet nec habere potest iudicem cui submittatur
initius, nec per consequens potest se submittere alicui
quantum ad iurisdictionem que de natura sua potest fer-
ri in initium, sed effectus clavium ordinis de se extendit
ad omnes nisi sint excepti per priuilegii Petri, quod
non militat contra Petrum, quia solum est de ouibus sub
iectis Petro & non de ipso: propter quod Petrus potuit,
& successor eius potest subiicere le cui voluerit quantum
ad vnum clavium ordinis in foro penitentia.

17 Ad quartum dicendum quod ex ordinatione Chri-
sti est quae oues Petri non regant nec subsint curæ vel regi-
mini cutiunculae, nisi ex commisione Petri mediata vel im-
mediata, directe vel indirecte: semper autem fedes Petri vo-
luit, qd in articulo mortis quilibet sacerdos non preceps ab
ecclesia posset quemlibet absoluere a peccatis in absentia
illius ad quæ curæ regulariter pertinet, & si nollet in illo
cau, nihilominus posset non obstante priuilegio Petri
quod non fuit ei datum ad destructionem, sed ad cedificationem,
cum fuerit ei datu ad pacendum oues: vnde in pri-
mo cau cessaret illud priuilegium Petri & staretur primæ
ordinatione Christi de potestate clavium ordinis quae se
extedit ad omnem peccatorem & ad omne peccatum, nec
casus necessitatis mutaret ministerium, sed ordinatio Chri-
sti qui in tali cau non dedit priuilegium Petro.

18 Ad argumenta principalia respondendum est ad pri-
mum, qd non quilibet peccator respectu cuiuslibet sacer-
dotis est similis materia: quia non solum ex ordinatione
ecclesiæ sed etiæ ex ordinatione Christi tota cura omniū
pertinet ad successorē Petri, & ad nullū alium nisi qua-
tenus per ipsum committitur cura alii mediata vel imme-
diata, directe vel indirecte. Et quia cura cuiuslibet non est
per ipsum committitur, ideo non quilibet potest
absoluere quemlibet, sed ille cui commissum est.

19 Ad secundum dicendum, quod licet ex verbis illis:
quorum remiseritis peccata, &c. non sit facta limitatio de
personis nec de peccatis, tamen ex verbis posita dictis Pe-
tro Ioan. vlt. pafce oues meas, &c. facta est restrictio quod
nullus potest ea quæ sunt curæ animarum (vt absoluere
in foro penitentia) nisi Petrus vel successor Petri, vel ille
qui per successorē Petri commissum est.

Q Y A S T I O T E R T I A.
Vtrum correctio fraterna cadat sub pracepto.

Tbo. 2. 2. q. 33. ar. 2.

D einde queritur de correctione fraterna, & primò
vtrum cadat sub pracepto. Et videtur quod non: quia
omnia pracepta diuina reducuntur ad illa quæ sunt deca-
logi, sed correctio fraterna non videtur posse reduci ad ali-

Sancto Porciano
quod illorum, ergo non cadit sub pracepto.

2 Item religiosi non eximuntur a pracepto diuino, si
ergo correctio fraterna esset sub pracepto, videretur p
religiosi deberet de claustrō exire ad corrīgendum secula-
res: cum plus obligat eos praceptum diuinum quam pro
priū votum. Hoc autem non est verum, quia sic petire
obseruantia claustralis, quare &c.

3 Item Hieronymus dicit: sacerdotes studeant illud
euangelium implere, si peccauerit in te frater tuus, &c. et
ergo non videretur quod saltem omnes obligentur, sed soli
sacerdotes habentes curam.

4 IN contrarium est quod dicit glosa super illo ver-
bo, si peccauerit, &c. Ita peccat qui fratrem suum peccare
videt & taceat, sicut qui peccanti non indulget, sed ad in-
dulgendum peccanti, omnes & ex pracepto charitatis te-
netur. ergo ad corrīgendum. Ad idem est quod dicit Aug.
de verbis domini. Si neglexeris corrīgere peior es factus
eo qui peccauit, sed hoc non esset nisi quis per talē negli-
gentiam adimplere praceptum omitteret, ergo correctio
fraterna est in pracepto.

5 R E S P O N S I O. Circa questionē istam tria sunt
videndā. Primum est vtrum fraterna correctio cadat sub
pracepto. Secundum est vtrum ad eam omnes teneantur.
Tertium est vtrum in aliquo casu possit aliquis excusari
si correctionem fratris omittat.

6 Quātu[m] ad primum sciendum est quod fraterna
correctio non est aliud quam admonitio fratris pro emen-
datione sua ex charitate fraterna procedens: si autem
cum admonitione verbis sit aliqua coactio per penam, aut
quodcumq[ue] flagellum iam non est solū fraterna correctio,
sed paterna, quæ coactiōnem habet, vt poena magis pate-
bit, loquendo ergo de correctione quæ est merē fraterna,
dicendum est quod ad eam tenemur ex pracepto diuino,
quod patet tripliciter.

7 Primo sic: per pracepta diuina sufficiēter ordinatur
vitæ humana in his quæ pertinent ad salutem, sed non suffi-
cienter ordinantur nisi correctio fraterna caderet sub
pracepto, ergo &c. Minor declaratur, quia cōueratio ho-
minum secundum vitam humanam assimilatur exercitu[m]
Iob. 7. Militia est vita hominis super terrā. In exercitu au-
tem est duplex ordinatio. Vna qua omnes de exercitu or-
dinantur ad ducem, vt ei obediant, & ab eo regantur. Alia
qua singuli de exercitu ordinantur adiuvin, vt unus al-
ter auxiliū præbeat. Et vterq[ue] ordo necessarius est ad
consequendum finem, sicut vñctoria ad quā ex ordinatione
ducis rotus exercitus ordinatur, ergo in conueratione vi-
tæ Christianæ, & eorū qui in aliqua communitate vivunt
est duplex ordo, vñus ad prælatum qui habet eos regere,
& cui omnes tenentur obedire, alijs singulorum ad ini-
cem, ex quo ordine unus habet alij auxiliū ferre ad cō-
sequendam salutē. Sicut ergo primus ordo cadit sub pra-
cepto, ratione cuius incubit prælatis, vt subditorum cu-
ram gerant, & subditis, vt prælati obediunt, ira & secu-
ritas duxo cadit sub pracepto, vt subditib[us] ibi inuicem auxi-
lium præbeant: cum igitur auxiliū in spiritualibus ad-
hibeatur homini per correctionem fraternam, appareat
quod ipsa cadit sub pracepto diuino.

8 Secundō, quia sicut se habet membra in corpore na-
turali ad actus naturales, sic se habet fideles ad actus cha-
ritatis per quam connectuntur, vt mēbra in vno corpore.
Et hoc dictum patet ex dicto Apostoli Rom. 12. vbi dicitur sic: sicut in vno corpore multa membra habemus, ita
multi vñrum corpus sumus in Christo, singuli autem alterius
alterius membra. Sed in corpore naturali membra pro se
inuicem sunt sollicita, & vnum expellit malum alterius
quātum potest, sicut dicit idem Apostolus. i. Cor. 12. ergo
fideles qui sunt in ecclesia tanquam vñus corporis mem-
bra ex ordine charitatis tenentur malum aliorum expel-
lere quantum possunt, hoc autem fit præcipue per corre-
ctionem fraternam, quare &c.

9 Tertiō, quia elemosyna corporalis non magis ne-
cessaria quām spiritualis, cum ergo elemosyna corpora-
lis sit sub pracepto quando imminent necessitas corpora-
lis dicente Ambr. Pafce fame morientem, quod si non pa-
uisti occidisti, relinquitur quod correctio quæ est elemo-
syna spiritualis fortiori ratione sit sub pracepto. Et sic pa-
tet primum.

10 Quās